

confirmacione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de dignitatibus vel<sup>10)</sup> personatibus seu officiis in dicta ecclesia Scarensi speciales vel de beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, eciam si per eas ad inhibicionem, reseruacionem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecucione prepositure predictae prefatum Laurencium volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quo ad assecucionem dignitatum vel personatum seu officiorum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari, aut si venerabili fratri nostro . . episcopo et dilectis filiis capitulo Scarensi vel quibusuis aliis communiter vel diuisim a prefata sit sede indultum, *se SD 5271 t. o. m. 'mencio specialis' med noter b—b, d—d, g, h—h*, aut si dictus Laurencius presens non fuerit ad prestandum de obseruandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie Scarensis racione dicte prepositure solitum iuramentum, dummodo in ausencia sua<sup>11)</sup> per procuratorem ydoneum et cum ad ecclesiam illam<sup>12)</sup> accesserit corporaliter illud prestet, seu quod ipse Laurencius in dicta ecclesia Scarensi canonicatum et prebendam ac curatam ecclesiam<sup>13-)</sup> in Bergh<sup>13)</sup> Scarensis diocesis noscitur obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum vigore presencium prefatus Laurencius predictam preposituram fuerit pacifice assecutus, canonicatum et prebendam ipsius Scarensis ecclesie et curatam ecclesiam, quos vt predicatur obtinet quosque extunc vacare decernimus, omnino, prout ipse Laurencius ad hoc se sponte obtulit, dimittere teneatur. Nos insuper, si dictus Laurencius ydoneus ad hoc repertus fuerit vt preferatur, prout est irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus vel contigerit imposterum attemptari. Datum apud Villamnouam Auinionensis diocesis kalendas iulii anno primo.

<sup>1)</sup> Endast i Auin. <sup>2)</sup> Föregås i Auin. av överstr.: meritis. <sup>3-3)</sup> I Auin. urspr.: sedem apostolicam; i Vat. saknas: apud. <sup>4-4)</sup> I Vat. urspr.: Arosiensem ecclesiam. <sup>5)</sup> Sic. <sup>6)</sup> Vat.: Scarie. <sup>7)</sup> Vat.: curetis. <sup>8)</sup> Överstr. i Auin.: in cor. <sup>9)</sup> Vat.: ipso. <sup>10)</sup> I Auin. över raden. <sup>11)</sup> Vat.: tua. <sup>12)</sup> Vat.: ipsam. <sup>13-13)</sup> Vat.: de Borgh. <sup>14)</sup> Bör sannolikt upplösas: quaternus, vilket ord förekommer på liknande sätt upprepat flerstädes i samma volym.

5423.

1353 juli 1.

Villeneuve.

Innocentius 6 uppdrager åt ärkebiskopen i Uppsala att i enlighet med konung Magnus' av Sverige och Norge supplik (SD 5419) låta efter föregången grundlig prövning providera kaniken i Åbo Laurentius Arnbarni med kanikat vid domkyrkan i Västerås och reservera för honom ett till biskopens och kapitlets i detta stift återbesättningsrätt hörande prebende vid samma kyrka, antingen detta är ledigt nu eller när det blir ledigt, utan hinder av att Laurentius förut innehar kanikat och prebende vid Åbo domkyrka samt Sunds sockenkyrka i samma stift eller att han ej vore närvarande för edsavläggning (jfr SD 5380).

Vatik. ark. Reg. Auin. 124, f. 247 v—248 r (f. 234 r: De canonicatu sub expectatione prebende anni primi domini Innocencii quaternus vii). — Reg. Vat. 223, f. 157 v—158 r, ep. cclxxxv.

x<sup>1)</sup>  
x

Venerabili fratri . . archiepiscopo Vpsalensi salutem etc. Dignum arbitramur et congruum, vt illis se reddat sedes apostolica graciosam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Nos volentes itaque dilectum filium Laurencium

Arnbarni, canonicum Aboensem, de probitatis et virtutum meritis apud nos fidedigno testimonio commendatum, horum intuitu necnon consideracione carissimi in Christo filii nostri Magni, Suecie et Norwegie regis illustris, pro ipso Laurencio nobis in hac parte humiliter supplicantis, fauoribus prosequi graciosis, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si post diligentem examinacionem prefatum Laurencium <sup>2</sup>) ydoneum ad hoc<sup>2</sup>) esse repereris, super quo tuam conscienciam oneramus, ei de canonicatu ecclesie Arosiensis cum plenitudine iuris canonici auctoritate nostra prouidere procures, faciens ipsum vel procuratorem suum eius nomine<sup>3</sup>) auctoritate predicta in eadem Arosiensi ecclesia in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie Arosiensis cum dicti iuris plenitudine assignatis, prebendam vero ad collacionem vel prouisionem seu quamuis aliam disposicionem venerabilis fratris nostri . . . episcopi et dilectorum filiorum capituli Arosiensis communiter vel diuisim pertinentem nulli alii de iure debitam, si qua in dicta Arosiensi ecclesia vacat ad presens vel cum vacauerit, quam ipse Laurencius per se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum infra vnus mensis spacium, postquam sibi vel eidem procuratori de ipsius prebende vacacione constiterit, duxerit acceptandam, conferendam eidem Laurencio cum omnibus iuribus et pertinenciis suis donacioni tue auctoritate predicta reserues, districtius inhibendo eisdem episcopo et capitulo, ne de huiusmodi prebenda interim eciam ante acceptacionem huiusmodi, nisi postquam eis constiterit, quod ipse Laurencius vel procurator ipsius illam noluerint acceptare, disponere quoquomodo presumant, ac nichilominus huiusmodi prebendam, quam reseruabis, si, vt premittitur, in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacauerit<sup>4</sup>), post acceptacionem predictam cum omnibus iuribus et pertinenciis suis eidem Laurencio auctoritate predicta conferre et assignare procures, inducens per te vel alium seu alios eundem Laurencium vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem prebende necnon iurium et pertinenciarum predictorum et defendens inductum sibi que faciens de ipsorum canonicatus et prebende fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus et obuencionibus vniuersis integre responderi, contradictores auctoritate nostra appellacione postposita compescendo. Non obstantibus de certo canonicorum numero et quibuslibet ipsius ecclesie Arosiensis statutis et consuetudinibus contrariis, iuramento, *se SD 5256 t. o. m. 'sit processum' med varianter b—b, d, e, f—f*, quibus omnibus, preterquam auctoritate nostra in ipsa Arosiensi ecclesia receptis vel prebendas expectantibus in eadem, prefatum Laurencium in assecucionem prebende predictae volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quo ad assecucionem canonicatum et prebendarum ac beneficiorum aliorum preiudicium generari, aut si eisdem episcopo et capitulo vel quibusuis aliis communiter vel diuisim a prefata sit sede indultum, quod ad recepcionem vel prouisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint, quodque de huiusmodi canonicatibus et prebendis ipsius Arosiensis<sup>5</sup>) ecclesie vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collacionem, prouisionem seu *se SD 5256 t. o. m. 'mencio specialis' med var. k—k* aut si dictus Laurencius presens non fuerit ad prestandum de obseruandis statutis et consuetudinibus ipsius Arosiensis ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem ydoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesserit corporaliter illud prestat, seu quod ipse Laurencius canonicatum et prebendam in ecclesia Aboensi<sup>6</sup>) et parrochiam ecclesiam Sunde Aboensis diocesis noscitur obtinere. Nos enim, si dictus Laurencius ydoneus ad hoc repertus fuerit, vt prefertur, exnunc perinde irritum

decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac si die date presencium eidem Laurencio contullemus canonicatum et prebendam ipsius ecclesie Arosiensis ac prebendam, si qua in ipsa ecclesia Arosiensi vacabat vel cum vacaret, quam ipse Laurencius duceret acceptandam, conferendam eidem Laurencio, collacioni et dispositioni nostre ac sedis predicte cum interposicione decreti duxissemus specialiter reseruandam. Datum apud Villamnouam Auinionensis diocesis kalendas iulii anno primo.<sup>7)</sup>

Tryckt i FMU 1, n. 632; jfr n. 633.

<sup>1)</sup> Ej i Vat. <sup>2-2)</sup> Vat.: ad hoc ydoneum. <sup>3)</sup> I Auin. överstr.: in eadem ecclesia. <sup>4)</sup> I Auin. överstr.: quod quam. <sup>5)</sup> Föregås i Vat. av understr.: ecclesie. <sup>6)</sup> I Auin. överstr.: ac canonicatum et prebendam. <sup>7)</sup> I Auin. överstr.: In e[odem].

5424.

1353 juli 1.

Villeneuve.

Innocentius 6, som erinrar om att alla vid kurian nu eller i framtiden lediga kanonikat och prebenden och övriga kyrkliga beneficier reserverats för tillsättning genom påven, uppdrager åt ärkedjåknen i Skara att, om vederbörandes lämplighet för ämbetet ådagalagts efter noggrann prövning, låta förlåna och överantvarda efter biskop Magnus i Västerås lediga kanonikat och prebende vid Linköpings domkyrka till den av konung Magnus av Sverige och Norge därtill förordade (se supplik i SD 5419) kyrkoherden i Örebro av Strängnäs stift Hermannus Osgoti, tillika konungens sekreterare, även om denne nu icke personligen kunde avlägga ed att iakttaga nämnda domkyrkas statuter och sedvänjor.

Vatik. ark. Reg. Auin. 121, f. 320 v—321 r (kvaternrubrik f. 304 r se SD 5422). — Reg. Vat. 221, f. 363 v—364 r (ep. vi<sup>c</sup>xxviii).

x<sup>1)</sup>  
x<sup>1)</sup>

Dilecto filio . . archidiacono Scarensi salutem etc. Dignum arbitramur et congruum, vt illis se reddat sedes apostolica graciosam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica tunc apud sedem predictam vacantia et imposterum vacatura collacioni et dispositioni nostre duximus reseruanda, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Lincolpensis, quos venerabilis frater noster Magnus, episcopus Arosiensis, tempore promotionis per nos facte de ipso ad <sup>2-</sup>ecclesiam Arosiensem<sup>2)</sup> tunc vacantem in eadem Lincolpensi ecclesia<sup>3)</sup> obtinebat, per huiusmodi promocionem ipsius et munus consecracionis de mandato nostro apud sedem predictam impensum eidem apud sedem ipsam vacauerint et vacent ad presens, nullusque de illis preter nos<sup>4)</sup> hac vice disponere potuerit neque possit reseruacione et decreto obsistentibus supradictis, nos volentes dilectum filium Hermannum<sup>5)</sup> Osgoti, rectorem curate ecclesie Orabro Strenginensis<sup>6)</sup> diocesis de probitatis et virtutum meritis apud nos multipliciter commendatum, horum intuitu necnon consideracione carissimi in Christo filii nostri Magni, Suecie<sup>7)</sup> et Norwegie regis illustris, pro ipso Hermanno, secretario suo, nobis in hac parte humiliter supplicantis, fauoribus prosequi graciosis, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si post diligentem examinacionem prefatum Hermannum ydoneum ad hoc esse repereris, super quo tuam conscienciam oneramus, predictos canonicatum et prebendam sic vacantes cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinenciis suis eidem